

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

27 Vtrum qui iurauit se non intraturum religionem, possit licite intrare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVOLIBET. V. ARTIC. XXVII. XXVIII. & I.

pertinebat: statim enim eum repulit dicens, Vade satana, ut habetur Matthei 4, ubi dicit Chrysostomus. Illius discamus exempla nostras quidem iniurias magnanimitet sustinere, Dei autem iniurias nec sive que ad auditum sufficeret: quoniam in propriis iniuriis esse quemlibet patientem laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS. XXVII.

Vtrum qui iuravit se non intraturum religionem, posset licet intrare.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod **G**illequis iurauit se non intraturum religionem, non posset licet intrare. Omnis enim obligatio licita, est adimplenda: sed lictum erat ei non intrare religionem. ergo cum ad hoc iuramento se obligauit, videtur quod teneatur non intrare.

S E D C O N T R A est; quia nullum impedimentum spiritualis profectus est ex Deo: sed iuramentum est ex Deo. ergo per iuramentum non impeditur spiritualis profectus intrandi religionem.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod obligatio iuramenti tripliester potest habere. Quandoque enim est illicita obligatio, & de re illicita, puta, cum aliquis iurat se forniciatur, & tale iuramentum non tenetur homo adimplere, nec est licitum impleri. Quodque vero est obligatio licita, & de re licita, puta, cum aliquis iurat se eleemosynam daturum, & tale iuramentum preterire non licet. Quandoque vero est obligatio illicita, sed de re licita, puta, cum aliquis iurat se non facturum aliquod maius bonum, quod in facere non tenetur, puta ieiunare, vel non dare aliquam elemosynam, vel religionem non intrare. Tunc enim id ad quod se iuramento obligat, licitum est: sed si obligatio est illicita, quod hoc homo quantum in se est, obfirmat se propter gratiam Spiritus sancti, quae facit hominem in suo corde ascensiones disponere, unde tale iuramentum licite potest homo implere, abstinendo ab illo bono quod facere non tenetur, non tamen cogitur ex illo iuramento ad hoc quod implet quod iurauit: quia iuramento ad hoc quod sit obligatorium, debet habere tres comites, iudicium, iustitiam, & veritatem, ut habetur Ier. 4. Huic autem iuramento debet iudicium discretionis, quia vergit in dexterorem exitum retrahendo a meliori bono.

ARTICVLVS. XXVIII.

Vtrum licet clerico, qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas sequentis diei de sero.

DEINDE circa clericos quasitum est vnum, vtrum licet clerico, qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas sequentis diei de sero. & ut quod non. Dicitur enim Eccl. 21. Laetatus, & imprudens non servabat tempus: sed iste in die sexto matutinas non obseruat tempus: cum enim dies incipiat a media nocte, videtur quod matutinas sequentis diei dicat in die praecedenti, ergo videtur quod hoc ad lasciviam, & imprudentiam pertineat, & ita videtur esse peccatum.

S E D C O N T R A. Deus elementior est qualibet hominem: sed hoc non imputat debitorum in culpa, si debitorum sibi reddat ante ipsos. ergo malum minus Deus.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod hic consideranda est

Fintentio eius, qui praeuenit tempus in matutinis dividendis, vel in quibuscumque horis canonice. Si enim hoc facit propter lasciviam, ut scilicet quietius somno nolentia, & voluptati vacet, non est absque peccato. Si vero hoc faciat propter necessitatem, & licet autem honestatum occupationum, pura, si clericus, aut magister debet videre lectiones suas de nocte, vel propter aliquid aliud huiusmodi, licet potest de sero dicere matutinas, & in aliis horis canonice tempus praeuenire, sicut etiam hoc in solemnibus ecclesiis fit: quia melius est Deo vtrumque redire, scilicet & debitas laudes, & alia honesta officia, quam quod per unum aliud impediatur.

AD PRIMUM dicendum, quod quantum ad tractus, & alia huiusmodi, dies incipit a media nocte: sed quantum ad ecclesiasticarum officium, & solemnitatum celebritates incipit dies a vespere, vnde si aliquis post dictas vesperas, & completo, dicat matutinas, iam hoc pertinet ad diem sequentem.

¶ Finis quinti quodlibet.

INCIPIT QVODLIBET SEXTVM.

QUESTIONES PRIMAE.

ARTICVLVS. I.

Vtrum unitas essentiae ponat in numerum cum unitate personae.

QUADRIVIUM est de Deo, de Angelo, de homine, de creaturis pure corporibus. Circa Deum quatuor est vnum. Vnde scilicet unitas essentiae ponatur in numerum cum unitate personae. & videtur quod non sunt in persona diuinæ. Si ergo unitas essentiae ponatur in numerum cum unitate personae, scilicet quod in Deo est quaternitas, quod est hereticum, non ergo unitas essentiae ponit in numerum cum unitate personae.

S E D C O N T R A. Si unitas essentiae sit penitus idem cum unitate personae, non ponens cum ea in numerum, scilicet unitatem, quod non. In quo cumque predicitur vnum, prædicatur, & reliquum: sed unitas essentiae prædicatur de tribus personis: dicimus enim, quod pater, & filius, & spiritus sanctus sunt vnum, ergo unitas personalis prædicabitur de eis, ut dicatur, quod pater, & filius, & spiritus sanctus sunt vnum, quod patet esse falsum.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod vnumquodque in quantum est vnum, tantum est ens, unde ens, & vnum conueniuntur. Est autem vnumquodque ens per suam formam, vnde & vnumquodque per suam formam habet unitatem, & inde est, quod quae est comparatio formae ad formam, eadem est comparatio unitatis ad unitatem. Deus autem est formaliter Deus per suam essentiam, proprietas autem personalis est quasi forma constitutiva personæ, quae quidem realiter distinguitur ab alia persona propter oppositionem relativa, sed proprietas personalis non distinguitur realiter ab essentia, alioquin scilicet quod in Deo est compositio, & quod aliquid adueniret ei per modum accidentis, adueniret: differet in proprietate personalis ab essentia per modum intelligendi, & significandi. Nam essentia dicitur absolute, proprietas vero personalis im-